CAPUT VI.

De Adſtringentibus Remediis.

§. 1.

ADſtringentia, aliàs etiam *Styptica*, *Stegnotica*, *Indurantia*, *Occludentia*, imò & *Arctantia* appellata, ſunt Remedia, quæ particulis quibuſdam, ſive acidis, ſive auſteris & terreſtribus, laxas nimis vias occludunt, vaſa præternaturaliter aperta & ſanguinem fundentia adducunt, vel tandem fluidos nimium humores incraſſant. *Synonymia.*

§. 2. Unde patet, varios eſſe *Affectus*, in quibus horum Remediorum uſus deſideratur: Quorum *primus* eſt *Laxitas parietum* alicujus Cavitatis, per quam intelligenda venit nimia fibrarum membranacearum mollities, ſive ut alii loquuntur, debilitatus Viſcerum tonus, ita in *Ventriculo* quandoque *Laxitas fibrarum* excitat debilitatem chylificationis, atque *Lienteriam*, blandis adſtringentibus aromaticis emendandam: Sic & Inteſtinalium membranarum Laxitas, & hinc orta *Diarrhœa*, ſimpliciter poſtulat Remedia, fibras nimis laxas adſtringentia. Porrò laxitas renalium tubulorum, fibrarumque Cervicis Veſicæ, indeque oriunda *Diabetes*, vel *Urinæ Incontinentia*, non ſecus atque tubulorum in glandulis ſubcutaneis laxitudo, & ab hâc proveniens *Sudor nimius*, ſimiliter Remedia occludentia, & blandè adſtringentia uſurpanda eſſe indicant; ubi enim tubuli hac ratione laxi exiſtunt, ibi pori non poſſunt non eſſe rari, facilem tranſitum Lymphæ permittentes. *Secundò* vaſorum ſanguiferorum, aut lymphaticorum dilaceratio ac vulneratio, indeque oborta *Hæmorrhagia nimia*, aut Lymphatici humoris exoneratio, ſeu *Synovia* Medicum *Ad quos affectus.*

dicum ad præſcribenda adſtringentia Remedia ſollicitant. Ita *Hæmoptoe*, *Hæmorrhagia Narium*, *Menſium* aut *Hæmorrhoidum nimius fluxus*, item *Catarrhi tenues* ad pectus ruentes, ſimilia ordinanda eſſe indicant. *Tertiò* denique *Carnis Luxuries* in *Vulneribus* variis, & hinc ortæ *Fungoſæ Excreſcentiæ*, pariter ac *ſpongioſa laxitudo Gingivarum*, aliarumve partium, indeque oriunda frequens *Hæmorrhagia*, imò quoque *Vacillatio*, aut *Mobilitas dentium* Adſtringentia alcalina in uſum eſſe trahenda præcipit.

Principia adſtringentium.

§. 3. *Principia*, è quibus *Adſtringentia* conſtant, ſunt varia, vario hinc modo ſuum effectum præſtantia, etenim nonnulla gaudent *particulis auſteris*, *terreſtribus*, irregulari, plus minus acutâ, figurâ præditis, v. gr. *Gallæ*, *Malicorium*, *Corna*, *Radix Biſtortæ*, *Tormentillæ*, *Balauſtia*, *Pruna Sylveſtria*, *Alumen*, *Vitriolum*, *Terra Catechu*, ſive *Japonica*, *Cortex Tamariſci*, ejuſque *Extractum* validè admodum adſtringens, Quæ & ſimilia ſeſe inſinuando, intra ſuperficiales poros tubulorum, & membranarum, fibras earum criſpando meatus occludunt, tranſitumque humoribus circulantibus inhibent.

§. 4. Alia conſtant particulis *inſipidis terreis*, *abſorbentibus*, quæ per accidens, humores v. gr. nimis fluidos & tenues incraſſando, adſtringunt; Qualia ſunt *Unicornu foſſile*, *Bolus armena*, *Terra ſigillata*, *Lemnia*, *C. C. uſtum*, *Conchæ pptæ*, *Teſtacea omnia*, etiam *Crocus martis adſtringens*.

§. 5. Alia particulis *ſalino-acidis*, ſimul & *auſteris*, non ſine miſcelâ particularum terreſtrium ſunt prædita, hæcque valdè admodùm & per ſe, laxas ubicunque fibras ſuâ aſperitate pungendo, criſpandoque ſtringunt; Qualia ſunt *Succi fructuum immaturorum*, *Tinctura antiphthiſica*, *Martis adſtringens*, *Sulph. Vitriol. Succus & Eſſentia Catechu*.

§. 6. Et

§. 6. Et ut ad particularia remedia deveniamus, quæ usu partim interno, partim externo commendantur, formulas quasdam nobis usitatas & familiares designabimus:

Formulæ adstringentium.

℞. *Conserv. Ros. rubr. vitr.*
Plantag. ana ʒvj.
Conditur. Cydon.
Cynosbat.
Nuc. mosch. ana ʒj.
Terr. sigillat.
Croc. Mart. adstring. ana ℈ij.
Syrup. myrtin. q. s.

F. Mixtura ad formam Opiat. Detur ad Oll. Dosis Nucistæ magnitudo singulis trihoriis in Diarrhœâ, & Hæmorrhagiis variis. Vel

℞. *Conserv. Fol. Myrt.*
Urtic. ana ℥j.
Conditur. Cornor. ʒij.
Confect. Hyac. ʒj.
Nuc. mosch.
Lapid. hæmat. ppt.
Radic. Torment. ana ℈ij.
Syrup. de ros. sicc. q. s.

M. F. Electuar. Detur ad Vitr. Dosis ut suprà. Vel

℞. *Conserv. flor. tunic.*
ros. rubr. ana ℥ß.
Condit. nuc. Indic.
Theriac. Androm. ana ʒj.
Bol. armen.
Unic. fossil. ana ℈iß.
Sangu. Drac. ver. ℈j.
Syrup. Cydon. q. s.

F. Mixt.

F. Mixt. ad form. opiat. usurpanda sicut prima.

℞. *Elect. diascord. Frac.*
Conserv. ros. rubr. ana ℥ß.
Sangu. Drac. ver.
Lapid. hæmat. ppt. ana ℈ß.
Laud. opiat. gr. ß.

M. F. cum Sacch. Bolus d. ad chart. & pro dosi exhibeatur in variis fluxionibus. Vel

℞. *Theriac. Androm.* ℥j.
Terr. sigill.
Unic. foss. ana ℈j.

Misc. F. cum Sacch. Bolus, pro dosi.

℞. *Extract. Consol. maj.*
Torment. ana ℥ß.
Croc. mart. adstringent.
Mastich. elect.
Sanguin. drac. ver. ana ℈j.
Laud. opiat. gr. iij.
Ol. still. Nuc. mosch. q. s.

M. F. Pilulæ num. Lxiv. *de aur. d. ad scatul.* Dos. m. ac vesp. num. 8. Cum Emulsion. Amygd. vel Aqu. Plantag. in Diarr. Dysenter. &c. Vel

℞. *Extract. Cort. Tamar.*
Absynth. ana ℈ij.
Unicorn. fossil.
Corall. rubr. ppt.
Nuc. mosch. ana ℥ß.
Lap. hæm. ppt. ℈j.
Ol. destill. Mac. q. s.

M. F. l. a. Pilulæ num. centum, Inaur. d. ad scatul. Dosis num. x. in affectibus supra dictis.

℞. *Extract. Consol. maj.*
Cort. tamar.
Cent. min.

Theriac.

Theriac. cœlest. ana gr. v.

Cum Ol. stillat. Mac. f. l. a. Pilulæ num. x. *Inaurat. d. ad scatul.* Sumantur noctu pro dosi in Diarrh. vel Hæmorrhag.

℞. *Tinct. Cortic. Tamar.*
Catechu. ana ʒij.

M. d. ad Vitr. Dos. 8. vel 10. gutt. m. ac vesperi cum *Emulsi. Amygd.* Vel

℞. *Aqu. Polygon.*
Urtic.
Bursi. pastor.
Equiset.
Syrup. de ros. sicc.
Myrtin. ana ℥j.
Confect. Hyac. ʒj.
Unicorn. foss.
Lapid. hæm. ppt. ana ℈ij.

M. d. ad Vitr. Sumatur per cochlearia. Vel

℞. *Aqu. Plantag.*
Borrag. ana ℥iß.
Syrup. Corall.
Cydon. ana ʒvj.
Confect. Alk. ʒj.
Corall. rubr. ppt.
Sangu. Drac. ver. ana ʒß.
Essent. Gram. Parnass.
Cort. tamar. ana ℈ij.
Julep. ros. ʒiij.

M. detur ad Vitr. Usurpetur cochleatim in fluxionibus.

℞. *Vitriol. Mart.*
Alum. crud.
Sacchar. Saturni ana part. æq.

M. F. pulvis, cui affunde
Liquoris Terræ foliat. Tart.

Aceti fortiſſ. ana part. æq. ſtent in digeſtione per aliquot dies, poſtea filtrentur. Doſis gutt. x. ad xxx.

℞. *Terræ Japonic. ſ. Catechu.* ℥ij.
Spir. Vini dephlegmat. ℔j.

Stent per aliquot dies in digeſtione, in Vitro hermeticè clauſo, donec totum ſolutum ſit. Poſtea Tinctuam decantatam filtra, ac uſui aſſerva. Doſis à gtt. xv. ad xxx. in Hæmorrhagiis, Dyſenteriis, Diarrhœis, Fluxu albo Mulierum, remedium eſt excellens, imò & pro memoriâ confortandâ præſtantiſſimum.

℞. *Sacchar. Saturn.*
Vitr. alb. ana ʒij.
Aceti deſtillat.
Vin. ana ℥ij.

Miſce citra pulveriſationem, & ſtent per ſe ſine digeſtione, in vitro clauſo, donec Tinctura ex voto ſit educta, eaq; coloris eleganter rubicundi, atque ſaporis dulcis. Doſis à gtt. x. ad xx. in Hæmoptyſi, Hæmorrhagiâ quâcunque, Menſium nimio Fluxu, ſudore immodico, Diabete & Pollutione Nocturnâ.

℞. *Radic. Tormentill.*
Biſtort.
Sang. Dracon. ver.
Lap. Hæmatit. ppt.
Corall. rubr. ppt.
Bol. armen. ppt.
Trageæ granor. Actes ana ʒij.
Sacch. penid. ℥j.
Nuc. moſchat. ʒiß.

M. F. Pulv. ſubt. Doſis à ℈j. ad ʒij. in Dyſenteriâ, Hypercatharſi, ſive Superpurgatione, Menſibus immodicis, Cholerâ, Vomitu, Lienteriâ, &c. Vel

℞. *Rad.*

℞. *Rad. Torment.*
Bistort. ana ℥ß.
Flor. Rosar. rubr.
Balaustior. ana ʒiß.
Semin. Plantag.
Acetos.
Aquileg.
Hyperic. ana ʒj.
C. C. ust. ppt.
Ebor. ust.
Unicornu fossil. ana ʒij.
Corall. rubr. ppt. ʒiß.
Sacchar. alb. ℥ij. *vel* iij.

M. F. Pulv. subtiliss. cujus dosis à ʒß. ad ʒj. in variis Fluxibus supra jam nominatis. Vel

℞. *Spong. Cynosb.* ℥ij.
Lap. Hæmat. ppt. ℥j.
Sang. Drac. ver. ℥ß.

M. F. Pulv. detur ad scat. Dosis ℈j ad ʒj. in jusculo vel alio vehiculo convenienti, in Hæmorrhagiis qualibuscunq; remedium præstantissimum.

℞. *Ranar. vivar.*
Stercor. suill.
Pilei antiq. ana q. v.

Combure invicem in pulverem, cui addi potest adhuc *Bolus armena, Crocus martis adstringens, Alumen,* &c. Optimus est hic pulvis externè usurpandus in Hæmorrhagiis Vulnerum sistendis, non secus ac Ulceribus probè extergendis. Vel

℞. *Bol. Armen. ppt.*
Pilor. Leporin. tenuiss. incis.
Farinæ volat.
Musci arbor. ana ℥j.
Vitriol. calc. ℥ß.

M. f. Pulv. subt. externè usurpandus.